



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Emptio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

quis sibi apud auditores eloquentia cumulat: item vituacitas: ca-
nim quæve præclara facta ab interitu allerit, dicente poeta:

O sacer & magnus Saturni labor: omnia fero
Eripis & populo donas mort alibus asum.

Quid.

Tamq. opus exegi, quod nec Iovis ira nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Alata fert talaria: sermo enim velox est, & ob id à Homero alata
egrediuntur, & auribus auctantium excipiuntur. Virgam defert,
qua fingunt Mercurium animas ab orco vocare, aliis demittere,
quod nihil aliud significat, quam plurimos è mortis faucibus sub-
trahi, quo scarnifex expectet, mox ad supplicium rapturus, & si velit,
in mortem impellat rursus. Ita Cicero communi voce ob necatum
Clodium, Milonem eripuit eloquentiæ viribus: ita & Popilium Le-
natem, Cœlium & innumeros alios: Is eadem fandi maiestate Len-
tulum, Cethegum, Sextrilium, atque eius farinæ homines potentis-
simos mortitradidit. Est & eius virgæ natura, venus excitare, & tra-
hare nubila: quod indicat eloquentiam solum seditiones commo-
uere, & si eas cupiat sedare posse. Ita fecisse Curionem apud Armi-
nium in Cæsarem legimus: Ita & Cicero turgidum Cæsaris in Deio-
tarum pectus pacavit. Virga hæc somnos dat, ac admittit: Ita eloquē-
tia inertes sopitosque ad exercendum se admonet, quum præmia
opulentissima proponit, & decoris memores esse iubet, sopit nimirum
audaces & temerarios, quum non orare sit, sed potius latrare. Ser-
pens est implicitus virgæ, quod prudentia maxime oratorem de-
ceat. *Boccacius lib. 12. c. 26. Cic. de claris Oratoribus.*

EMBLEMATA.

Eloquentia fortitudinis præstantior.

Alciati Emblemata c. lxxx.

Arcum laeva tenet, rigida fert dextera clavam,
Contegit & Nemeæ corpora nuda leo.
Hercules hæc regitur facies? non convenit illud
Quod veteris, & senio tempora cana gerit.
Quid quod lingua illi lenibus traxit a catenis,
Quæ sissa facilis allicit aure viros?
An ne quod Alciden lingua non robore Galli
Præstantem populus turæ dedisse ferunt?
Cedunt arma rogas, & quamvis durissima corda
Eloquio pollens ad sua vota trahis.

FABULA.

De Arione.

De piscibus nihil tali quod meminim legi, nisi quod Delphi-
tes, nescio qua humano generi familiaritate conjunctos ferunt: vi-
de & Arionem quendam tergo huius piscis insidentem, per tumi-
dos fluctus maris euasisse, historica seu potius fabulosa narratio est.
Vectorem ipsum fidelibus caecentem faciunt, quò nauigationi fa-
cillior fides sit, multicentè aures musica & nauigium subleuante. Vi-
sum est enim fabulam non admitti, nisi color mendaciò quære-
tur, gubernaculum, malus, vela, remi decerant, pro iis omnibus v-
nius musicæ suauitas subrogata est.

Videlocum de Facundia, ubi Adagia huc pertinentia
inuenies.

Emptio.

DEFINITIO.

EMPTIO, Græce ἀγορά, uel ἀγορά, uel ἀγορά, emō dicitur. Hebr.
Miknah, à verbo Kanach, emit, acquiliuit, nactus est. Vnde em-
ptius adiectiuum. Emptitiæ res dicuntur, quæ emptæ sunt: &
emptitius miles, mercenarius.

LOCI BIBLICI.

Emere & vendere quomodo oporteat, *Gen. 23. v. 9. 13. & 15. v. 13. &*
33. v. 19. & 41. v. 57. & 42. v. 11. & c. Lev. 19. v. 13. 35. & 25. v. 14. 47. Deut.
15. v. 1. & 15. 13. 2. Sam. 24. 21. Prov. 11. v. 1. 25. & 16. v. 11. & 20. v. 10. 23.
Ecl. 17. v. 1. & 42. v. 25. Esa. 33. v. 18. Ier. 32. v. 6. Ezec. 45. 10. Mich. 6.
16. Matth. 7. 2. Luc. 14. 18. 1. Cor. 7. 30. 1. Thess. 4. 6.

EXEMPLA BIBLICA.

Emptionis exempla: Abraham emit seruos, *Gen. 17. v. 27.* Spe-
luncam duplicem, *23. 16.* Iacob partem agri, *33. 19.* Potiphar Iosephum
37. 36. Iacob & filii eius frumentum, *42. v. 1. 2.* Ioseph terram Aegypti
47. 20. David aream, *2. Sam. 24. 24.* Amri montem Samariæ, *1. Reg. 16.*
9. 23. 24. Negotiatores Regis, *2. Paral. 1. v. 16. 17.* Ieremias agrum,
Ierem. 32. 7. Principes Sacerdotum agrum Figuli, *Matth. 27. 7.* Ioseph
sindonem, *Marc. 15. 46.* Maria Magdalena, & c. Aromata, *16. Cor. 1. 2.*
Filius Dei Ecclesiam suam. *Act. 20. 28. 1. Cor. 6. 20. & 7. 23. d. Pet. 1. 19. 2.*
Pet. 2. 1.

EXEMPLA PROFANA.

Tariaci, mercaturam exercentes, abque omni
mania: apud quos, si quis domum emerit, sacra
Epicomæi fano, si vero prædium in vico quem
re coram magistratu solet, quod reuera iuste emiserit
agat, nec arte dolore vlit. Eodem modo & magister
dentem iurare iubet, quod sine malo dolo vendat.
no 42.

Themistocles prædium distrahens iussit pronun-
tium bonum illud habere. *Plac. in apoph.*

Cornelius alinam pecunia onustam in foro pro-
forum, eum fundum emisit. Vnde Cornelius gona-
mentum datum est. *Macrobius lib. 1. Sat. c. 6.*

Q. Mutius Scævola *Ep. 1. Max. eloquentum*
iuris peritorum eloquentissimus: cum aliquando pro
fundus, cuius empererat, se mel indicaret, iudex
ser: dixit se pluriæ estimare; addiditque centum milia
officio boni iuri non dicebat. *Rutil. in ex. 2. 2.*

Hermes Philoſophus Aegyptiæ auditor Syriam
ſcipulus Proclis, sub Hadriano principe, necnon
doctrina præcipuus, si quid emperurus, minus iudicatur
tur, ipse nihilominus iustum promebat: quæ
vitra appetebat. *Suid.*

Episcopus.

DEFINITIO: ET ETYMOLOGIA.

EPISCOPUS componitur ex iis quod significat
id est, specula: & ἐπίσκοπος, id est, quod est speculator
inspector interpretari de episcopato, quod est
officium. Episcopus, locus ubi episcopus commo-
natura vide infra, ubi Prelatus.

Nehem. cap. 11. v. 22. Huzzi filius Eani, Leviter
est inspector, visitator, præfatus, præpositus. *Psalm. 137.*
visitavit, inuisendi curam suscepit, nominatur
Latino.

Episcopus, magistratus nomen fuit apud veteres
nos, ut docet Etymologicon trilingue Lugdun. anno
pag. 280. 281. Ab Ethnicis ad functiones sacras in
pag. 280. 281. Ab Ethnicis ad functiones sacras in
pag. 280. 281. Ab Ethnicis ad functiones sacras in

Episcopus, locus ubi episcopus commo-
natura vide infra, ubi Prelatus.

BIBLICI LOCI.

Christus Dei filius vnicus animarum noſtrarum
ſcopus appellatur. *1. Petr. 2. 25.*

Ecclesia veri pastores & inspectores Episcopi
2. Tim. 3. 1. 2. Phil. 1. 7.

Episcopus fides & verè Christianos defendit
2. Tim. 3. 1. 2. Phil. 1. 7.

SIMILITUDINES.

Episcopus: quemadmodum medicus quando
tur ad innum, statim de stomacho eius interroga-
ponere primum festinat: quia si stomachus sanus est,
validum est. Ita si sacerdotium integrum fuerit, con-
si autem corruptum fuerit, tota Ecclesia marcescit.
homil. 38.

Sicut cor sapientie locus est: Ita sacerdotis
pientie spiritualis. *In Matth. 21. homil. 38.*

Quemadmodum quum videris arborem palme
cidam intelligis: quia aliquam culpam habet, etiam
quum videris populum indisciplinatum & irregu-
bio cognosce, quia sacerdotium eius non est sanum.
hom. 38.

Quemadmodum qui principatum affectat, illi
intuentur longam patrum suorum senectutem: sic
cum viderint futurum, ut Episcopus ad longam
gnitatis suæ munere fungatur, quemadmodum
detur bare illum imperio satagunt: omnes in de-
fici cupientes, ac singuli honorem illum ad de-
piscopus si rem recta ratione a iudicio aggressus
tinus. Episcopo aduersantur, donec illum ece-
datos intromiserint. Perinde esse videas, ut si quis
tas habet eadem nauis vna secum nauigantes, qui
tium nautis, tum vectoribus affidue horique
Lib. 2. de Sacerdotis.

Quemadmodum in prælis videmus generoſum
lites alacriter manum cum hoste conferre: eodem
rat, fortiter occumbere: Ita oportere puo animo
nisterii istius functionem se conferunt: videlicet
sum moueri iuxta parati sint. *Lib. 3. de Sacerdotis.*

Rex aliquis si cui ex subditis honorum
sum moueri iuxta parati sint. *Lib. 3. de Sacerdotis.*